



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CCLVII. Ioannis Papae VIII. Ad Salomonem Procuratorem Papiae.  
Eiusdem argumenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

cium duximus, sed iterum paterna miseratione te ad nos reducere non prætermisimus, sperantes in te de reliquo nullum vestigium circa nos culpæ aliquo modo reperire, quia & professio tua hoc coram nobis iureiurando sponderat. En bone vir, aliquid deterius committere non formidasti, cum quosdam monachos nostros nomine Rhodoaldum, & VVarlenum Roma ad suum monasterium Pultariense iter carpentes, comprehensos iusseris diu sub custodiæ vinculis reseruari. Quod quanti piaculi sit fano intellectu ipse perpende, quantumque dedecus sedis apostolicæ, quæ, Christo auctore, etiam in barbaras nationes libera semper visa est fungi legatione: quod nefas malum sub omni celeritate te emendare hortamur, & prædictos Dei famulos cum omnibus suis illæsos abire patiaris ad locum, miserante Deo, suæ habitationis. Et sicut tuò consilio pro certo eos cognouimus esse innocenter custodiæ mancipatos: ita, te faciente, sciamus eosdem funditus, & cum competenti honore dimissos. Data mense Nouembri, indictione XIV.

## EPISTOLA CCLVII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD SALOMONEM PROCVRATOREM PAPIÆ.

Eiusdem argumenti.

*Salomoni procuratori Papie.*

**A**POSTOLICA tibi auctoritate præcipimus, ut monachos nostros, id est Rhodoaldum, & VVarlenum, quos, spredo Dei timore, a liminibus sanctorum apostolorum ad suum monasterium reuertentes, & simpliciter per viam gradiientes, comprehendere ausus fuisti, & in custodia retinere; sine omni mora, & dilatione dimittas cum omnibus suis reuerti ad suum monasterium sanos atque illæsos. Quia tantum scelus & iniuriam pro hac re in sedem apostolicam commisisti, pro quibus iuste carere debueras confortio omnis Christianitatis: & fatemur, si hoc continuo non emendaueris, a perceptione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, & introitu ecclesiæ te prohibebimus. Data mense Nouembri, indictione decimaquarta.

Pp iiij